

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Hominis Christiani In Persecvione Constitvti**

**Lens, Jean de**

**Lovanii, 1578**

Summaria comprehensio rationum earum, quibus officium Catholici  
hominis continetur in schismatica communione vitanda persecutionis  
tempore. Cap. XXIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30333**

His igitur cum ille vocibus sollicitaret ad nephas,  
nihil persuasit catholicis ac probè instructis ho-  
minibus, sed nec perterrefecit ac fregit adiunctis  
minis, vlláue commemoratione tormentorum.  
Quin hoc potius responsum accepit fortissimis  
dignum pectoribus: Desine de cætero, desine hu-  
iusmodi nos territare sermone, desine verba ina-  
nia profundere. Quantumlibet enim fremas, &  
tanquam procellosus ventus irrumpas, nostamen  
de pietatis via non depellemur, sed pro orthodo-  
xis dogmatibus ad mortem usque decertabimus.

*Tripart. hi.  
stor. lib. 7.  
cap. 40.*

*Et Theodo.*

*li. 4.68.32*

*Summaria comprehensio rationum earum quibus  
officium catholici hominis continetur in schis-  
matica communione vitanda persequen-  
tis tempore.*

CAP V T X X I I I .

**H**oc igitur Christiani hominis officium est,  
quod animo sententiaque de religione te-  
netur, id obseruatione quoque præ se fer-  
re: cum sit religio Christiana non in solo posita  
de rebus diuinis recto iudicio, sed in ipso præcipue  
opere, certaque & colendi & viuendi ratione: ne-  
que usquam omnino nisi in Ecclesiæ catholicæ  
communione teneatur: usque adeò ut qui se ab ea  
seiuixerunt, vel seiuictis communicant, etiam si  
neque doctrinæ aduersitate, quod ad tempus fieri  
potest, neque sacramentorum diuerso ritu sepa-  
rentur, tamen veram non sequantur religionem.  
Non enim vlla in societate vera est, nisi in qua  
Deus fide, spe & charitate colitur: neque ibi chari-  
tate coli potest, vbi nefario schismate vnitatis vio-  
latur, & animi bene prius iuncti diuiduntur, & al-  
tare sacrilegæ separationis, contra altare pacificæ  
vnitatis erigitur. Sic enim creditur & docetur (in-  
lib. de re  
re relig. 5 quit Augustinus) quod est humanæ salutis caput,  
non aliam esse philosophiam, id est, sapientiæ stu-  
dium, & aliam religionem: cum iij quorum doctrinam

nam non approbamus, nec sacramenta nobiscum communicant. Quod in illis minus mirandum est, qui eorum quoque sacramentorum rite dispares esse voluerunt, sicut nescio qui serpentini qui appellantur Manichæi, sicut alij nonnulli. Sed in illis magis animaduertendum hoc, magisque prædicandum, qui paria sacramenta celebrâtes, tamen quia sententia dispares sunt, & errores suos animosius defendere, quam cautius corrigere maluerunt, exclusi à catholica communione & à participatione quamvis parium sacramentorum, propria vocabula proprieçtate conuentus non in sermone tantum, sed etiam in superstitione meruerunt: ut Photiniani, Ariani, multiq; præterea. Nam de ijs qui schismata fecerunt, alia quæstio est. Posset enim eos area Dominica usq; ad tempus ultimæ vtilationis velut paleas sustinere, nisi vento superbiae nimia leuitate cessissent, & sese à nobis ultro separassent. Iudæi vero, quamvis vni omnipotenti Deo supplicant, sola tamen temporalia & visibilia bona de illo expectantes, rudimenta noui populi ab humilitate surgentia, in ipsis suis scripturis nimia securitate noluerunt aduertere, atque ita in veteri homine remanserunt. Quæ cum ita sint, neque in confusione Paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore schismaticorum, neque in cæcitate Iudæorum quærenda est religio, sed apud eos solos qui Christiani catholici vel orthodoxi nominantur, id est, integratatis custodes & recta sectantes. Hæc enim Ecclesia catholica per totum orbem validè latèque diffusa, omnibus errantibus vtitur ad profectus suos, & ad eorum correctionem cum euigilare voluerint. Hactenus D. August. Cum igitur hæc ita se habeant, quisquis veram & illibatam tenere vult religionem, non id arbitrabitur sat esse, si probè calleat quid de Deo sit rebusque diuinis omnibus sentiendum; verum etiam omnem imprimis cum

Paganismo & Iudaismo communicationem vitabit, ne recta licet sentiens, impia tamē superstitione maculetur. Deinde operam dabit ne vlli schismaticæ factioni communicet verbo factōe: quoniam & hoc modo falsa religione polluatur necesse est. Hoc ei præterea magnopere est considerandum, quod sicut vnuis est Deus omnium effector & Dominus, atque vnuis Dei hominūque mediator Christus Iesu: ita vnicā sit in terris Ecclesia, sub Imperatore Christo militas: quæ & eius est familia quam pascit, & spōsa quam diligit, & corpus quod animat ac vegetat spiritu suo sancto: vt si crimen esse perspicit, alterum Deum præter eum qui solus est, verbo vel opere profiteri, non dubitet etiam graui scelere inquinari, quotquot alteram similiiter Ecclesiam, præter eam quæ sola vera est, verbo factōve præ se ferant. Est enim hoc diuellere ac distrahere Christum, cum dicat Apostolus contra schismaticos: Nunquid diuīsus est Christus? Est hoc alteram ei sponsam & amicam adiungere, cum

*1. Corin. 1.* scriptum sit: Vna est columba mea, perfecta mea, &: Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias. Est hoc corpus eius dilacerare atque discerpere, quod malum in sui diuīsione vestimēti propheticis verbis deplorauit ipse, cum ait: Diuīserūt sibi vestimenta mea. Hoc deniq; est tollere membrum Christi & facere membrum meretricis, quæ suo viro derelicto, & eius castissimo cubili contempto, nouis amatoribus, hoc est, nouitorum errorum magistris, sc̄e turpissimè pernicioſissimèque prostituit. Itaque si nefaria fuit inter Gentiles in ipsa Gentili superstitione communicatio, fieri non potest vt non inter hæreticos atq; schismaticos plurimū sit criminis habitura: quod illic quidem (vti antea quoque significauimus) aperte & sine fuso Regi Christo renūciatur: hic verò sub profissione Christiani nominis Christus ipse defteratur & negetur. Illic irrogetur iniuria Deo pre-

*Cantic. 2.*  
¶ 6.

*Psalm. 21.*

ter quem adoretur alius: hic Ecclesiæ pientissimæ matri, cuius sic inimica & æmula honoretur. Illic incaetur cum diabolo societas, cui honos defertur in idolo: hic eidem quoque iungatur tanquā principi ac moderatori, qui in eam se societatem insinuet: in qua Christus capit is loco non habetur. Ac ne sine luculētore scripturæ testimonio rem tantam asseri quisquā putet, cur se dixit David odiisse *psal. 25.* Ecclesiam malignantiū, & nolle cum iniqua gerē *o. 140.* tibus introire? Cur sic abhorruit ab ijs qui operātur iniquitatem, & communicare recusauit cum electis eorum? An esse potest nō grauis iniquitas, qua amplissimū pacis & vnitatis munus dirūpitur? qua princeps ipsa & vita virtutū charitas, quam B. Apostolus perfectionis vinculū appellauit, perniciōsissima hominū distractione violatur? qua fūrialibus odijs Christiani in Christianos, hoc est in fratres suos, incitātur? qua pietas omnis extinguitur, exuitur humanitas, & tanquā effractis portis, inuechit omniū officina vitiorum? At qui hēc tam grauis in Deū & homines iniquitas, cētus schismatis cogit atq; cōglutinat; hēc vt Deū seorsim collat, vel ijsdē vel alijs pro arbitratu ritibus surrogatis, impellit. Ideoq; cum colere se pulchrē putant, offendūt: dūq; precātur, dānantur: & fit eis propria ipsorū oratio in peccatū. Neq; igitur scripturæ defunt, & ratio ipsa perspicuo sui lumine cōmonstrat eorum crimē, qui schismati vel hæresi communi- cauerint. Quidam vel exempla maiorū, vel documenta requirantur? Sunt enim plurima. Hinc népe D. Cyprianus suos est crebris literis ac monitis adhortatus, ne cōmunicarent cum Nouatianis. Hinc D. Ambrosius fratrem laudat suum, quod cōmuni- care noluerit cum schismaticis Luciferianis. Hinc Diu. Leonī curæ fuit, ne qui suorum nocturnis polluerentur cōtibus Manichæorū. Quanta vero piorum pastorum semper vigilantia fuit, ne cōmunicaretur cum Arianis? Et quis D. Augustini

*Coloss. 3.*

*In oratione  
funebri de  
fratre Sa-  
tiro.  
Serm. 4. de  
Epiph. De-  
mini.*

falu-

saluberrimam doctrinam ignoret, quæ frequenter ostendit nullam esse debuisse communicationem cum schismaticis Donatistis? Et sciebat ille quidem sacramenta Christi, vbi cunque acciperentur, per se ipsa sancta semper esse: probè tenebat, quod suis litteris frequenter inculcauit, sacratissima illa diuinæ operationis instrumenta, nullius aut impietate aut impuritate pollui posse: Et idem tamen scribere non dubitauit, eos schismatis sacrilegio vulnerari, qui eligerent extra communionem corporis Christi, baptisini sacramentum accipere, ad eandem licet communionem cum eo quod alibi acceperant continuo reddituri. Sicuti & beatus martyr Ermigildus non ignorauit sanctum per se ipsum fore quod Episcopus Arianus consecratum porrigeret, & is maluit tamen fortiter mortem oppetere, quam accipiendo schismatica communione maculari. Bona sint igitur ea quæ traduntur in schismate: salutaria sunt multa quæ illic audiuntur: potest quod bonum est accipi non bene. Vt profecto non bene, sed sceleratè prorsus accipitur, si vel cum offendiculo & ruina fratrum, vel cum ipsa participatione detestandæ diuisionis accipitur. Bona per se ipsa & sancta sunt sacramenta quæ Christus instituit: sed cum eadem unitatis & vincula & signa sint, tu in his tibi cum illis communicare licere censem, cum quibus unum esse non possis? Diuina prorsus & salutaria sunt Christi sacramenta; quis id Christianus ignoret? Sed cum Ecclesiæ tradita soli, foris nullo iure, sed cum iniuria graui teneantur atque tractentur, tu in hoc quod tam malè foris & contra Ecclesiam geritur, te ipsum adiungere socium & cooperatorem non reformidabis? Quod si in iis rebus quæ sanctæ per se ipsas diuinæc sunt, & ritè ab hominibus susceptæ salutem afferunt, fugienda cum hæreticis & schismaticis communio est: multo sane magis in iis erit declinanda, quæ non tradita diuinitus, sed huma-

humanæ præsumptionis errore conficta sunt, ad vnicam illam & pristinam Dei colendi rationem cuertendam. Nec verò quisquam audiendus erit qui dicat: Nouit Dominus quid secretius corde credas ad iustitiam, nouit quæ templa & sacra volūtate veneris, quā vnitatem & societatem intimis votis amplectare. Ream nō tenebit voluntatem in opere communicationis, quod non ipsa produxerit, sed metus perseguitionis extorserit. Primum enim ridiculū est, si quis putet placere Deo cuiusquam posse cor, cuius voluntariè manus aut lingua blasphemet; estq; hoc stulte niti, sic hominem vnum in duos distrahere, vt interior Deo, exterior diabolo seruiat: interior fidem seruet, exterior perfidiam exerceat: occultet interior pietatem, vnde non glorificetur apud homines Deus, exterior impietatem proferat atque manifestet, vnde etiam dedecoretur: atque isto scilicet modo corde quidem credatur, non tamen ad iustitiam, & ore vel opere ipso confessio fiat, sed ad perditionem. Deinde quæ fuerit laudissimi illius sensis Eleazari virtus, cum suillam contra legem edere iuberetur? quæ martyrum innumerabilium gloria, cùm dijs alienis sacrificare cogerentur, si ad purgationem communicationis, eiusmodi suscipienda sit oratio? Nónne & illi dicere hunc in modum potuerunt? Nouit Dominus quem Deum mente colamus, Nouit cuius implendam & amandam legem non dubitemus: ream non tenebit voluntatem in opere impietatis, quod non ipsa produxerit, sed metus extorserit. Denique sicut ab inuitis facta iure multa laudātur, quoniam prudenti voluntate minora profundere bona maluerunt, quā perdere potiora: sic & ab inuitis admissa voluntate merito vituperantur, quod præpostera voluntate, maiora quæ cupissent bona perdidierunt, vt longe minoribus fruerentur. Semper igitur hereticorum fraudes & imposturas suspectas habebit

Chri-

Christianus catholicus: quorum huc omnis vigilantia spectat, vt cum opprimere orthodoxos non possunt, illos habere videantur suis à partibus consistentes. Honorari namque schismata originant primariam in terris authoritatem. Ideoque modis omnibus societatem expetunt, eamque aut eliciunt fraudibus, aut minis vel tormentis extorquent. Porro quanti sœpe negotij sit omnem maculam effugere, vt saltem nec communicasse videamur, exemplo sunt Ariminensis patres. Qui vt fuerint dolis Arianorum Episcoporum circumuenti, prolixè est à Seuero Sulpitio commemoratum. Tametsi autem illi reuera cum Arianis in sensu non communicauerint, tamen communicasse sunt vii, propter concordiæ speciem in fide ab Arianis ipsis concepta atque prescripta: vt mēte licet animiq; sententia non essent Ariani, speciem tamē Arianismi neutiquam effugerent. Propter quam diuus Hieronymus dixisse videtur: Tunc orbis ingemuit, & Arianum se esse miratus est. Ait idem quoque de Ariminensis concilij patribus, quod sine conscientia hæreticiferebantur. Nam Constantius quidem imperator Ariminum conuenire iusserat Episcopos vnde cuncte ascitos, Taurōque praefecto imperauerat vñ collectos in vnum non ante dimitteret, quām in vnam fidem consensissent, promissio eidem consułatu, si rem effectui tradidisset: Eo factum, vt post multas concertationes & luctas paulatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenij, partim tædio peregrinationis euicti, dederent se aduersarijs. Et in magnis quidem persequitorum periculis non instructissimo homini facile quælibet ratiuncula communicationem persuaserit, externi saltem verbi vel operis quadam simulatione fallentem. Nam & illud quod supra pro-  
tulimus de simulatione Iehu, quibusdam impo-  
tuerunt.

*Lib. 2. sa-  
tra histor.*

*Hieron in  
dialogo cō-  
tra Lucife.*

fuisse non procul ab orbe nostro constitutis accepimus: sicuti & id quosdam fecellit quod scriptum est in Epistola Hieremias, quam scripsit ad Iudeos in Babylone captiuos: Visa itaque turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris: Te *Ibideas.*  
 oportet adorari Domine. Vnde confici quidam putant nihil fore peccati, si media in turba adoratum, vel alioqui impiè quiddam & contra Christi vel sponsæ eius honorem agentium constitutus Christianus, quod more cæterorum facere videatur, tacitis cogitationibus & secretioribus animi motibus detestetur, illud identidem secum reputans: Te oportet adorari Domine. Cui erroris mox opponit legio sanctissima Theborum. Nam cum in Galliam Maximianus Imperator venisset, atque in Sedunorum finibus sacrificij causa constitisset, Theborum legio, ne impiorum societate sacrorum contaminaretur, ab reliquis se se copijs seiuinxit. Quam ob causam immissa exercitus parte, decimum quemque sacrilegus imperator iussit occidi. Quod martyrium cum sua sponte, tum duce & hortatore Mauritio suscipere maluerunt, quam imperata facere nepharij Imperatoris, qui eos, cum discessissent, ad sacrificij communionem sœuo imperio reuocarat. Quid igitur sibi vult propheta Hieremias? Rudes & crassos Iudeos instruit ac præmonet, ne multitudine adorantium & publica solemnique veneratione idolorum permoti, diuinitatem inesse ligno aut lapidi putent, atque in communem cœcæ gentilitatis errorem rapiantur, in quem tum populus ille admodum propendebat. Sed si adorantium turbis circumfundi contigerit, neque omnis fortè possit idololatrarum societas euitari: saltem adorent Deum vnum mente, neque conceptam de eo fidem elabi sibi patientur. Itaq; consequentibus Epistole verbis id agit magno molimine rationum, ut persuadeat miseris illis, idola quæ mani-

manibus conficerentur humanis, Deos non esse.  
Nos verò hoc opusculo non id egimus, neque in  
eo elaborauimus, vt fides Catholica teneretur fir-  
mo semper animorum assensu: aut vt ignaros hæ-  
reſeōn vel schismatum, rudēſque doctrinæ Chri-  
ſtianæ homines quid illa ſint doceremus: ſed ho-  
mini Chriſtiano, iamq; cognitione catholicę veri-  
tatis illuſtrato, tuendæ proferendæq; ſuæ reli-  
gionis, etiam inter aduersarios, officium pro con-  
ceſſa nobis facultate preſcripſimus. Quod vt face-  
remus, noſtra nos tempora commouebāt. In qui-  
bus is est rerum ſtatus, vt non modo in area do-  
minica ingens palea granis adhærefſcat, nec maloſ  
tantummodo cum bonis pifces euangelica ſagena  
complectatur, aut in agro Domini cum tritico zi-  
zania permifta cernantur (quippe hæc omnium  
ſuere temporum, locorūmque omnium) verū  
etiam premantur & concutiātur vehementer ca-  
ſtra sanctorum ab Antichriſti miniftris, tantum-  
que horum non paucis in locis valeat viſ atque  
authoritas, vt Ecclesię catholicę priftinus ille de-  
cor ac propemodum vultus ipſe conciderit. Vide-  
re eſt omnino hoc infeliciſſimo tempore, miſe-  
rabilis fœditate Chriſtianas domos familiasq; tur-  
batas. Nempe mariti & vxores de ſuo interſe le-  
to conſentiuunt, & de Chriſti altari diſſentiuunt:  
per illum ſibi iurant vt inter ſe pacem habeant, &  
in illo pacem habere non poſſunt: filij cum paren-  
tibus vnam domum habent, & domum Dei non  
habent vnam: ſuccedere in eorum hæreditatem  
geſtiunt, cum quibus de Chriſti hæreditate rixan-  
tur. Serui & domini communem Deum diuidunt,  
qui ſerui formam accepit, vt omnes ſeruiendo li-  
beraret. Quoniam igitur pijs ſæpenumero homi-  
nibus, non inter malos modo catholicos, verū  
etiam inter hæreticos & ſchismaticos, qui de no-  
ſtra quotidie palea generantur, cum luctu viuen-  
dum eſt, neque euitari omnis cum ijs ſocietas po-  
tſiſ,

test nisi de hoc mundo excatur, non ignorandum fuit quonam modo inter eos vera pietas non solum cognitione & assensu integra, sed etiam observatione & factis inuolata atq; inoffensa teneatur. Quod si fortè cuiquam minus accuratè, minùsque plenè omnia quæ huc pertinebant exequi videbimus, is velim rationem habeat rerum nostrarum afflictissimarum, quo tempore labor à nobis hic susceptus est. Circumuallantibus enim vndique malis, sæpè numero vel metus, vel mœror obturbabant. Namq; in hosce tristissimos dies, non vnum duntaxat genus clavis incidit, sed simul & hæresis in perniciem gravatur animalium, & bello, fame, peste cuncta vastantur. Iam illis possum versibus mala nostra lamentari:

## PROSPER.

Qui centum quondam terram vertebat aratis,  
Aestuat, ut geminos possit habere bones.  
Vectus magnificas Carpentis sape per vrbas,  
Rus vacuum fessis ager adit pedibus.  
Non idem status est agris, non vrbibus ullis,  
Omniaq; in finem precipitata ruunt.  
Ferro, peste, fame, vincis, algore, calore,  
Mille modis miseris mors rapit vna homines.  
Impia confuso sauit discordia mundo,  
Pax abiit terris, ultima queq; vides.  
Et si concluso superercent tempora faclo,  
Ut posset longos mundus habere dies:  
Nos tamen occasum nostrum obseruare deceret,  
Et finem vita quemq; videre sua.  
Nam mihi quid prodest, quod longo flumina cursu  
Semper inexhaustis prona feruntur aquis?  
Multæ quod annosa vicerunt secula sylva,  
Quodque suis durant flore a rura locis?

N 182